

ANNUENTE GRATIA DIVINA,  
DISPUTATIO PHILOSOPHICA  
INAUGURALIS,  
**PROBLEMATA**  
**NONNULLA**  
**ONTEMPLATIONUM**  
**NATURALIUM EXPO-**  
**NENS,**

Quam

*Amplissima Approb. Facult. Philosoph.*  
*In illustri Fennorum Academia*  
*Aboënsi,*

Sub Directione

*Excellentissimi & Amplissimi Viri*

**DNI. ERICI FALANDRI,**  
Grac. & Hebr. Ling. Prof. celeberrimi,  
Præceptoris & Promotoris sui omni animi  
obsvrantia & honore atatèm  
prosequendi.

Ad publicum examen, placideq; bonorum censuræ  
& disquisitioni dedit

*Philosophicos aditurus honores*

**GUSTAVUS G. FONTELIUS.**  
In Audit. Majori die 5. Nov.  
Anno Salutis M DCLXXIX.

---

*ABOÆ, Exe, apud Vianam Hans.*

*Moy: H. viam*

# VIRIS

Præclara Amplitudine, Reverentia, prudentia,  
doctrina & humanitate conspicuus:

DN. M. JACOBO FLACHSENIO,  
hactenus Metaph. & Log. Professori Celeberrimo,  
jam S. S. Theol. Prof. Ecclesiæq; Dei in Lundio Pa-  
stori designato, ut hoc usq; Præceptor & studiorum  
meorum inspectori plur. honorando, ita jam Patro-  
no & promotori magno.

DN. M. ANDREÆ PÆYSSÆ Ecclesiæ  
Dei quæ in Rymitho colligitur Pastori gravissimo,  
Conlangvino meo honoratissimo & benefactori ob-  
sequioso animo semper devenerando.

DN. OLAO E. DNEÆ Magni Ducatus  
Finlandiz, Vectigalium minorum Inspectori accus-  
ratissimo, Favitori quovis officii genere nullo non  
tempore prosequendo.

DN. GABRIELI E. LEANDRO, V. Di-  
vini Commissario Ecclesiæ Maschoensis commens-  
datissimo, affini honoratissimo.

DN. NICOLAO G. FONTELI O, V. Dei  
Commissario in Rymitho laudatissimo, Fratri gers-  
mano sincero affectu semper colendo.

DN. ARFVIDO FONTELL, Illustriss.  
Dn. Baronis, Regni Sveciz Senatoris & Diaconasterii Re-  
gii Präsidis, Dn. ERNESTI JOHANNIS CREUTZ  
Aulæ Magistro circumspecto fratri Germano itidem ho-  
norando.

Exercitium hoc Physicum in gratæ mentis  
μνημόσυνοι, debitæq; observantiae  
περιμήχανοι offero & dedico  
Auth, & Respond.

PROLOGION

Ulam alie sit mersa veritas, quam  
reducta & in interiori Natura  
clausa Sacrario, minimè noverunt  
illi, qui oculis saltē contenti extēnam rerū  
sequuntur faciem, & nudo animum pascunt  
spectaculo, cum vero levi manu in summa  
terra eam querunt in vestibulo semper ha-  
rent, ignorantes vera Solida scientia fun-  
damenta; vera enim & genuina illa scientia;  
qua causarum cognitione clara & illustris est,  
in sanctiore secessu & secretioribus rerum  
abstrusarum delitescit tbalamis, nec ulli nisi  
animo liberum largitur aditum. Si ad ve-  
ram contendere volumus philosophiam, in  
transitu eam non debemus cognoscere nec ea  
qua oculos tantum implent, spectare, sed &  
qua sensum fugiunt eruere, alias bac in  
parte, paulo beatiores animantibus, qui-  
bus rerum iucundarum aspectus parum pro-  
deisse cernimus. Cum vero homini τὸ βίον εἰς  
γνῶσιν ὑπό Θεῶν δοθῆναι praeclarē testetur  
Plutarchus, causarum proinde & rerum co-  
gnitioni incumbere necessum habet, ne si-  
lentio vitam ut peiora videatur transfigisse,  
bac autem ijs antecellimus, reliqua nobis

cum his communia demonstrare Arnob. lib. 2.  
cont. gene. Et cum illo Hermes ille Trismegistus, Οὐρανοπός τῶν ζώων ἐπλεονέχει  
καὶ τὸν κόσμον δὲ τὸν λόγον τὸν τὸν νῦν, Θεοῖς γάρ εγένετο τὸν εργαντὸν τὸν θεὸν οὐρανοπός καὶ  
ἐπιτίματε καὶ εγνώρετε τὸν ποιηταντα. Hanc igitur naturae nostrae Excellentiam,  
cum bonus quisque conservare studeat, eo  
majori fertur voluptate ad studia rerum  
abstrusarum scientiam. Nam plura cogni-  
tione et desiderio potest complecti anima hu-  
mana cum ad altiora semper progrediatur  
donec innatum illud Naturae satietur desi-  
derium. Quid enim in amphiteatrali hoc  
spectaculo dulcius, quam naturae miraculis  
carumque cognitione animum pascere, re-  
rum investigare causas, et aurea illa demum  
scientiae libertate frui. Quanta enibujus de-  
dicijs oriatur voluptas, quanta animi de-  
lectatio probè moverunt illi, qui contempla-  
tionum fravitate deliniti per vastum hoc  
universum et totam Cæli machinam, mente  
et animo didicerunt peregrinari. Nam multæ  
Soli polique alit gremium et suo continet  
ambitu, que animum hominis inscitias ru-  
bigine exuere possunt, dum quis mentis ad-  
hibet ratiocinium, et illarum Naturam,  
proprietates et efficaciam investigare laborat,  
hinc de corporibus cœlestibus eorumque affe-  
ctione

etionibus quibusdam differere placet, hisq;  
tam divinis spectaculis interesset, intueri mo-  
ruum Cœlestium vicissitudines, varios syderum  
orruſ & occasus, interdum leta annun-  
ciantes interdum tristi progredientes habitu,  
alijs terrarum cognoscere Thesauros, ame-  
nissimum etiam naturæ perlustrare virida-  
rium incessit cupido. Me vero cum eo duxer-  
it divina clementia, ut quale quale men-  
tis ratiocinium hisce naturalibus contem-  
plationibus addere valeam & nudos non sal-  
tem bis adiucere oculos, lubet proinde ad hæc  
naturæ Mysteria animum applicare & pu-  
blicum quoddam ad nutum Ampliss. facile.  
Philosophicæ ingenij præbere argumentum  
certò confusus ausis his, bonos quoque favere,  
quidquid vero melioribus conatibus temporis  
fuerit detractum angustia, Candido Benivoli  
Lectoris Iudicio & benigna interpretatione  
Suppleri totus confido.

Sit itaque

Divino moderante Numinе

P R O B. I.<sup>m</sup>

De Astrorum Influentiis.

COrporum cœlestium quam sit no-  
bis abscondita Natura, ipse Philosopho-  
rum summus demonstrat Aristoteles,  
eam sola sublunarium conditionum nega-  
tione declarans, ut refert Jacob. Zarabella

de Natura Cœli, cap. 4. Attamen manam esse horum vim & admirandam Maje-  
tatem abundè declarant effectus, ac eorum  
in sublunari mundo influentia. Admirabilis sanè & præcellens est actio illa magnetis,  
qua ad mundi se convertit polum, & mutu-  
am cum ferro foveat amicitiani, mirabiles  
non minus, perpetua mundi lumina, fulgen-  
tia illa cœlorum Sydera, habere virtutes,  
doctorum pariter & indoctorum loquuntur  
voces. Nihil enim in tota rerum Natura  
otiosum, nihil frustra conditum, sed ut omnes  
res suas habent formas, ita & per easdem  
agere & operari certum est. Variis enim  
stellis varios Deus indidit motus ut variè  
hæc afficerent inferiora; omnium enim est  
comprobatum Calculo, à Sole & Marte Ca-  
lidadem & siccitatem, à Luna humiditatem,  
à Saturno frigiditatem procedere, varium  
etiam lunæ positum varia efficere, aliud cor-  
niculatam, aliud plenam, aliud deficientem  
aliud dimidiatam operari plenè demonstrant  
Astrologi, ipsa insuper, cui contradicere  
nefas, suffragatur experientia, quod seq. Probl.  
fusius demonstrabimus. Una cum Sole He-  
liotropium se Converte, alia etiam Soli-  
sequia ipsius parere imperio indicant Physici,  
Sic Luna crescente in ossibus medullas, in ca-  
capitibus cerebella, in corporibus Galii rebus  
materialibus augeri humores, decrecente

verò minui hæc & decrementum pati certum est, de quibus ut & plurimis alijs exemplis vid. clariss. Sperl. Conimb. lib. 2. de Cœlo & Doct. Hundeshagen in continuat. Quæstionum Physicarum.

Reperti vero sunt nonnulli, qui Cœlo virtutem, astris verò omnem denegarunt Influentiam, Cœloque stellas ornatus tantum gratia inditas, non secus ac Cænacula Emblematis & tessellis solent exornari, inter quos Johannes Picus Mirandulanus, qui contra astrologos differens irridet in affirmativam descendentes sententiam Seq. inductus rationibus,

(α) Solem & astra nihil conferre ad rerum productionem, cum ista vi naturâ indita polleat terra. (β) Quales sunt vires & motus Cœli talia ejus debere esse effecta, astra enim cum Corpora naturalia sint necessariò agentia, omnem excludere deberent rerum contingentiam (γ) Omne agens ideo agit, ut similitudinem imprimat effectui, Corpora Cœlestia sibi non possunt assimilare sublunaria, cum sint ineorruptibilia, nec alia sui generis possunt procreare corpora, (δ) inter agens & patiens mutuus requiritur contactus.

Verum hæc in medium ducta argumenta, quamvis multis arrideant, nobis tamen potior erit veriratio. Nam I. quod attinet,

hunc nullam inesse video' consequentiam, i-  
deo eam Negamus, Diffitendum enim non  
est vim aliquam terræ inesse, hanc tñ. à Sole  
& reliquis astris veluti causa quadam exter-  
na, educi, foveri & adjuvari. II. Quod con-  
cernit, concedimus quidem Cœli motus fir-  
mos & stabiles esse, indè tñ. non sequitur in  
inferioribus hisce omnia *necessariò*, nihil v.  
*contingenter* fieri, qvia non omnia sublu-  
naria à Cœlo dependent, verum hic influxus  
modificatur & impeditur à causis parti-  
cularibus, Restrinximus igitur majorem  
hunc in modum, si stellæ in sublunaria vi-  
res non impeditas exerunt, utique uno eo-  
demq; semper agerent modo, & hæc si pro-  
cederet ratio, Stoicam illam à Scholis Phi-  
losophorum & Theolog. dudum explosam  
inferret necessitatem, quod non solum à *Phi-*  
*λόσοφοι* sed & à *θεόλογοι*.

Ad III. Obj. respondemus, probè Disting.  
inter *agens univocum* & *equivocum*, cum hic  
lateat Homonymia, quæ n. univocè agunt,  
hoc intendunt, ut suo similitudinem effectui  
imprimant, ut E. G. cum homo hominem,  
Eqvus Eqvum, bos bovem generat; Agens  
v. *equivocum* ut Cœlum in comparatione  
elementorum & mixtorum idcirco agit ut  
sibi simile non secundū speciem & formaliter  
producat, sed secundum virtutem, impri-  
mendo sc. patienti qualitatem, quam vir-  
tute

tutè saltem, non actu & formaliter continet. IV. Et ultimo adversariorum objectio-  
ni hoc reponimus, præprimis Dist. inter *agens mediatum* & *immediatum*, requiritur  
enim inter agens & patiens contactus, ve-  
rum non semper immediatus sufficit & ali-  
quando mediatus, ut hic circa aliorum in-  
fluentiam.

Deinde potest aliquid dupliciter dici præ-  
fens, vel secundum substantiam vel opera-  
tiones, operationibus n. astra sunt hisce in-  
ferioribus præsentia, licet non quoad ipsam  
substantiam.

Posset tamen aliquis non immerito adhuc  
regerere, in hoc naturæ processu fieri, ut  
Effectus sit sua Causa nobilior, in animalium  
potissimum generatione, cum tamen aliquis  
id quod non habet, alteri largiri nequit.  
Præter id quod haud incongrue inter *Cau-  
sam remotam* & *proximam* Distinguimus,  
majorem etiam necessum habemus hunc in  
modum limitare, quod quis nec *formaliter*  
nec *virtualiter* habet id Communicare ne-  
quit ut satis præclarè demonstrat Acad. no-  
stræ Profess. celeberrimus Mag. Jacob Flach.  
in Collegio Log. pag. 320. Astra enim quam-  
vis non gaudeant anima & vivant, hanc ta-  
men aliis communicare possunt, cum vir-  
tualiter eam contineant, proinde *Nota*  
præcisè non requiri ut Causa sit suo effecto

nobilior, cum sufficiat ejus *Virtutem* non esse ignobiliorum, quam ad hunc effectum producendum requiritur. Si enim virtutem agendi respicis, in multis astra excelle. re animalia depræhendas facile, licet hæc ab iis producta in aliquibus sint nobiliora. Sciendum etiam ultimò astra directè tan-tum & *per se*, in res materiales & merè natu- rales agere, nam actio est inter ea quæ gene-re conveniunt. Num v. agant in res spiritu- ales, animam sc. & voluntatem hominis, hic lubens prætereo, cum id suader temporis & instituti ratio, mihi vero hac vice astrorum in hæc inferiora influentiam sufficiat demonstrasse. Hoc igitur posito fun-damento, generales astrorum influentias re-linquere placet. & ad prob. 2. pedem mo- vere, quod Lunæ virtutem particularem & in humidas res peculiare proponit domi-nium.

## PROB. II.

### *De fluxu Maris & refluxu.*

**Q**uantus circa hoc naturæ phænomenon & ejusenodationem sese offerat Labyrin-thus, inde liquet, quod tot physicorum tantoperè exercuerat ingenia & complures leuserit conatus ita ut hujus prob. difficul-tatem, nullus adhuc viatrice superavit indu-stria, quamvis multum de cā fuerunt solliciti;

ut v. de insigni hac Oceani affectione, qualēcunq; nostrum cum philosophis extet judicium, hujus intumescentiæ & detumescentiæ  
στασικὰς quasdam exponere licebit rationes; ut siccō transeam pede, varios illos maris motus, quorum ingentem seriēm exhibent celeberrimi physici, & in compendium hunc præsentem mittam discursum, omittere igitur placet physicorum prolixas hac de re opiniones & paucis sententiam eorum, qui hujus motus connexionem cum Luna faciunt, declarare. Influentia sua multum posse astra in hoc sublunari mundo, communī philosophorum consensu dudum comprobatum, nos etiam præced. prob. pro ingenij modulo demonstravimus. Nam sicuti mundi ille oculus Sol, in calidis vires suas exercet, ita in humidis vim suam declarat humorum domina Luna, aquam enim Oceanī hujus subjectam esse imperio, experientia nautarum innotescit, qui Oceanum in pleni & noviluniis turgere & astuare observarunt, dum ad supremū velimum meridianum luna moveretur, in quadris vero maliaciam esse aquamq; refluxere, dum luna à meridiano recedit versus ortum vel occasum, quod ipsum & Astronomi satis superquè demonstrant, Lunam cum plena & Nova est telluri magis propinquam esse, quam in ulla sua ætate, in quadris vero remotissimam

mam. Hinc in illis locis marinis, ubi Luna est verticalis, maximus est fluxus & refluxus, minui vero hunc quo partes maris ab eo sunt remotiores.

Quod verò quantitas fluxus & refluxus sit inconstans, & diversa ad diversos dies, Ratio est quia luna singulis diebus mutat locum in Eccliptica, atque ideo aliis diebus aliis locis fit verticalis, inde diversa quantitas fluxus, sive sensibilis fit illa sive insensibilis diversitas.

Pro diversis etiam lune ad Solem aspectibus, nunc maiores nunc minores fieri motus, hyeme enim magis intumescere maria liquidum est quam aestate, quia Sol tum potissimum per signa transit aquatica unde lune virtutem accrescere patet, sic Jupiter & venus augent vires Lunæ, Mars Saturnus Sol & Mercurius imminuunt, plus enim virium habent planetæ, cum sunt in suis domicilijs, quam cum extra ea sunt constitutæ, ut egregie Doct. Barth. Notandum & insuper maximè verisimile Solem, ut antea insinuavimus & ventos Generales multum facere ad aquæ intumescentiam. Nam in æquinoctiis Sol medio incubat mari Zonæ nim. torridæ ideo vel ipse vel venti faciunt tum majorem intumescentiam, quam aliis temporibus, hinc tempore æquinoctii verni & autumnalis intumescentia major & vehementior. In

Con-

Contrarium vero tempore solstitii, minimum depræhendere licebit æstum marinum, quam etiam dicunt Causam frequentiorum ventorum pluviarum & tempestatum in illis temporibus.

Nunc paucis disquirere licet, qui sit quod æqualis non semper maris intumescentia, cum Luna ad meridianum progreditur, sed citius vel tradius interdum oriri, cum luna ad certum verticalem sive ad certam plagam non cardinalem pervenit, deinde maria quædam & flumina æstum patiuntur nullum, Cum Naturalis una eademque Causa uniformis in uno eodemq; subjecto, uniformem deberet effectum parere, flumina vero, lacus & paludes, maria etiam ut volunt Lunæ respuunt dominium.

Verum hujus tam insignis differentiæ & aquarum omnium diversam naturam explicare, physicis & Geographis multum facessit negotii, has vero sequentes nostrum non est contemnere rationes.

Diversitatem fluxus quod attinet, cum celeberrimis physicis oriri puto vel à situ locorum respectu maris, vel à littorum altitudine & depressione, locorum à via lunari distantia, à littorum magnitudine & angustia, flexuosis anfractibus, occursu ventorum & diversis regionum qualitatibus.

Posterioris quæstionis difficultatem sequentibus

tibus dilucidabimus rationibus. Causarum Naturalium est agere non in rem quamlibet, sed in eam quæ habilis est, & impressioni idonea, ita magnes ferrum tantum & calybum spretis aliis corporibus ad se trahit, ferrum etiam allio illinitum ipsius contemnit attractum, cum sit aliis qualitatibus virtutibusq; præditum, aquarum etiam naturam reddit diversam ipsarum puritas & impuritas, vis enim lunaris in aqua crassiori & impuriōri, maiores valet causare motus & saceriores, quam in limpida & clariori hinc æstum nullum patiuntur maria, quæ undiquaq; terra clauduntur, sed ut muris cincta se minus liberè possunt diffundere, ut potissimum mare Caspium, alii etiam lacus & paludes. Quare hic non esse aliquam conseq. cum in ipsa materia sit ratio dispar, & distingvere debemus inter motum ut sic, *& motus modum.* Quidam vero mari Baltico æstum nullum contingere putant, inter quos Keckermannus in disp. quadam physica id ipsum evincere conatus, recurrens tum ad angustiam littorum Galvei, tum ad fundum frigidum qui prohiberet tantam copiam balituū generari, quanta requiritur ad aquæ marinae effervescentiam & tumorem; Sed cum abunde patet hoc mare per insignia quædam freta ejusdem Naturæ cum Oceano retinere aquam, verisimile etiam videtur illud ab omni motu & effe-

effervescentia non esse immune, quod vero non sit adeo sensilis & ocularis ut in aliis ; à prius allatis in hanc rem momentis patere existimo. sic etiam minores sentiunt motus in quæ aquarum dulcium exonerantur flumina quam plurima, fundus etiam saxeus & profundus ut observatum in mari pernominato Baltico, aquam agitatione reddit inhabilem. Oceanum v. cum propter amplitud. tum naturam aquarum særioribus subjectam motibus, ut supra evictum sic dudum erat comprobatum.

### PROB. III.

#### *De Origine Fontium.*

FATIGAVIT DUDUM CONTEMPLANTINM PECTO-  
RA NOBILIS ILLA DE ORIGINE FONTIUM QUÆ-  
STIO, CIRCA QUOD PUNCTUM IN DIVERSAS RAPTI  
SENTENTIAS NATURÆ IPSIUS SCRUTATORES. ARIS-  
TOTELESILLE PHILOSOPHORUM SUMMUS, LIB. I. DE-  
MET. TOTO CAP. II. MULTIS PROBARE MODIS CO-  
NATUR FONTEs & FLUMINA EX AËRE & VAPORIBUS  
IN TERRÆ CAVERNIS ORIRI, QUI FRIGORE CONDENSA-  
TI ERASCESCUNT, INQUE AQUAM CONVERTUNTUR, CON-  
FLUENTIBUS VERO ROT GUTTULIS SESEQUERE IMPEL-  
LENTIBUS, LOCO OPORTUNO, È TERRÆ SUPERFICIE FON-  
TES ERUMPERE. CARDANUS ETIAM SUBTILITA-  
TUM LIBRO DE ELEMENTIS IN ARISTOTELIS FERMÈ  
TRANSIT CASTRA, & FONTIUM AQUAM EX RIVULIS  
SIERI DEMONSTRAT QUI EX AQUEIS VAPORIBUS,  
ET AM INTRA QUAM EXTRA TERRAM EXISTENTIBUS

*Condensatis generatis sunt. huic fundamen-*  
*to superstruentes sententiam suam, hac rati-*  
*cinatione.*

*Vbi perpetuus aëris & vaporum concursus*  
*eorumque ex loci frigiditate condensatio,*  
*ibi aquarum generatio, Nam durantibus*  
*Causis materialibus & efficientibus etiam*  
*perpetuo durabit effectus*

Sed ut ut hæ videantur ipsis plausibiles  
rationes, nobis tamen longè debiliores ap-  
parent, quam ut posint nostrum mereri af-  
fensem, cum tam præstans aquarum proli-  
lientium impetus à tam imbecilli & incon-  
stanti Causa non videtur oriri. Nam rati-  
oni non satisfaciunt, experientiæ repugnant,  
& contrarijs facile propulsantur rationibus.  
Quamvis enim concederemus, in terræ ca-  
vernæ ex vaporibus condensatis aquam ge-  
nerari posse, & hanc fonti cuidam origi-  
nem præbere, aquarum v. copiam ex ijs gene-  
rari tantam quam fontes & flumina quoti-  
diè emittere videmus, non est quod nobis  
persuadeamus, multo minus Causam plena-  
riam & sufficientem statuamus perpetuorum  
fontiū, ideo hanc non admittimus sententiā,  
cum multa patiat impossibilia & absurditatis  
sit plena, proinde cum celeberrimo dicimus  
Sennerto, *Vbinam tot & tanta effent Caver-*  
*ne in quibus tanti vapores, tantusque aër*  
*ad tot flumina producenda colligeretur, si*  
*enim*

enim aëris in aquam mutaretur, ut falso colligunt inferretur Elementorum transmutatione, & Elementa accidentaliter saltem different, quam sententiam nostrum est cum senioribus reijcere philosophis & non ulterius de eius refutatione laborare.

Inventus est nonnemo qui hanc de origine Fontium quæstionem facilimo expediri putavit negotio, recurrens ad Oceani altitudinem, quam fontium introduxit Causam, & aquam in medio Oceano longè altiorem dixit & ad montium interdum adsurgere altitudinē, inductus auctoritate & experimento Olearij qui in descriptione itineris sui Persici, instrumento quodam Geodætico exploraverat, ad montis cuiusdam altitudinem Superficem maris surrexisse, hancque in linea horizontali visam; & aliquantulum supra eam elevatam quam tamen opinionem frequentes Mathematicorum observationes dum refutarunt, quibus probant refractionem aquarum fluctusque marinos hanc auxisse Causam & Olearij observationes turbasse; Nos vero ad dictum S. Scripturæ ut Eccl. i v. 7. & alijs muniti rationibus, fontium aquam potissimum à mari & subterraneis aquis, partim à pluvijs & rore terram humectantibus oriri dicimus, quomodo autem sursum ascendat & circum constituat, nonnulli hic silentium quam audaciam plus con-

ducere putarunt. Verum præeuntibus magna nominis philosophis, has dabimus quas brevissimas rationes. *Aqua illa mari non recto tramite sursum scandit, nee per aliquem alveum vel tubulum à pede montis, seu per varios flexuosos anfractus, per subterraneas cryptas, & continuam aquearum particularum progressionem, non interrupta aliqua fluxione ad montium ascensit culmina, atq; oportuno & à naturâ destinato loco fontem efficit.* Nec magis admiratione dignum judico, aquam per continuationem naturam ascendere, quam ignem deorsum per eandem moveri, dum quis oblongi cujusdam ferræ extremitatem igni admovet, descendit hic, & ad alteram usq; progreditur extremitatem. Hæc de origine fontium Judicio Jacob. Martini, Bartholini, Sennerti, Sperlingii & Valentini verisimilima & maximè probabilis sententia, plures super hanc rem aliorum opiniones brevitati studens prætereo cum ad hujus problematis illustrationem non multum lucis adferant.

#### PROB. IV. *De Natura Thermarum.*

**U**ltimum hoc se nobis offert probl. explicandum ubi non minor, quam circa prius enodata problemata, occurrit difficultatum & opinionum variarum Oceanus. Physico-

scorum n. dogmata tractantibus etiam ipsa experientia liquidum est, nullam pure Elementarem aquam in selenari hoc reperiri mundo, quae non admixtas habeat terrenorum corporum particulas, quarum natura a saporum differentiis & ipsa destillatione probè elucescit, quas ideo minerales vocamus, quod heterogenearum particularum tantam continent admixtionem, ut insignem & sensibilem inde possideant qualitatem.

Demonstrant physici haud contemnendi satis abundè aquas minerales generari, cum per subterraneos meatus & minus densam terram metallicam & mineralem, aqua rapido fertur cursu, secumq; ducit mineralium illa granula, quae unquam abripere potis est, sibiq; intimè unit; dum v. feruntur & repunt per terras, imprægnantur facile & ita fiunt minerales & metallicæ. Missiones vero harum cum innumeræ sint, varietates etiam omnem humanam eludentes industriam, igitur & earum species innumeræ, quarum exactam differentiam cognitionem & qualitates nondum plenè exponere ausa humana curiositas, a quarum etiam enumeratione lubens supersedeo, Naturam saltem thermatum hac vice paucis exhibitus.

Generationem thermatum quod attinet, sua natura & a principio quodam interno Calidas esse, minimè affero, novimus enim per

benè aquam Natura esse frigidam , & quamvis interdum Calefacta fuerit , sublata Causa Calefaciente ad suam pristinam tandem sponte ridire naturam ; Sed à principio quodam externo in terræ visceribus istas Calefieri dicimus , atq; ita oportuno & à natura constituto loco effluere ; Effervescentiam vero istam acutissimi physici , per admixtionem particularum Sulphurearum fieri volunt , dum aqua per subterraneos meatus & cryptas ducitur & per fodinas sulphureas ad collectiōnem circa fontes repit ; Vapores etiam & exhalationes ex materia sulphurea ortae , in terra fumum emitunt Calidum , que aqua istuc delatas per loca prius indigitata calefaciunt . Ast salvo aliorum Judicio . Nos causam Thermarum efficientem ignem dicimus subterraneum & confundere eos causam efficientem cum materiali pabulo & fomite Caloris aquarum , licet n. ex terra per quam currunt aquæ , saporem , odorem , viresquè aliquas contrahant , non tamen sulphur & bitumen , absq; efficiente & principali Causa aquam valet Calefacere , quia in his , ut in Calce viva non latet ignis , qui aquarum infusione accenditur & excitatur . Ignis enim subterranei proprium est Calefacere , hoc cum requirat ipsius natura & affectio . Nam ut terræ quidam anfractus , hic aëre , ibi aquæ sunt repleti , ita quidam igne pleni , ut nonnulla

nulla terræ loca , quasi æterno igne imprægnata putas , quod videre est in ignivomis montibus Æthna & Vesuvio &c. Sic signis etiam variosterrarum tractus permeat , donec alicubi pro locorum exhalet conditione.

Posset vero cuidam soboriri dubium , quare non semper eadem thermarum qualitas sed nonnullæ fervidæ , quædam etiam tepidæ deprehensæ ; Hanc vero varietatem inde oriri existimamus , quod materia quædam plus , quædam minus apta calori , multumque consistit in ignis ab aqua distantia , prout aquæ vel vicinior , vel remotior . Materiæ insuper requiritur quantitas & proportio , aqua enim in majori copia alias ignem extingveret , hinc fluvius huc usque nullus incalefcere visus , multo minus Lacus vel maris , vastaenim requirerentur incendia , quæ tantam aquarum possent calefacere copiam . Varios etiam harum aquarū esse species , & nunc hoc nunc illo eas operari modo liquet , unde infinitas virtutes & earum differentias cernimus , quarum causas novisse possumus , si probe contentorum naturas , compositiones , & temperationes explorāus , multa admiranda videntur cum effecta respicimus , cessat admiratio cum patent Cause . ut egregiè fatis Clariss. Sperl. quare cum Christiano illo physico Titelmanno necessum est ut exclamemus , *Magne , Magne Deus Contemplor & non*

templari sufficio, in horum consideratione  
hebescit acies cordis mei, Magnus es tu Domi-  
ne & nimis nimium laudabilis. Tantum ad  
nostrum institutum. hæc si bene interprete-  
ris Lect. Benevole, facis me tibi multum  
debere & magnam retribuere gratiam.

Δόξα Θεῷ πολλὴ καὶ πνεύματι  
δόξα μεγίστῳ

---

Eruditione & virtutibus ornatusissimo  
**DN. GUSTAVO FONTELIO,**  
Phil. Candidato meritissimo, Acad. Aboensi.  
Vice-Secretario laudatissimo, Amico & populari  
suo singulariter dilecto & nunc pro gradu  
Magisterii solerter differenti.

**P**Allas ut adspexit Parnassi ex vertice ad Au-  
ram

Piceris quam sit fervida cura viris,  
Certatim & juvenes doctis pallescere chartis  
Indeq; non paucos ferre brabea videt:  
Hem, meus eximio clarescat nomine, dixit,  
FONTELIUS, doctis cognitus ante, viris.  
Inter eat reliquos: lauri decerpit honores:  
Et titulos reddat turba novena, novos.  
Viribus ingenij ceu pollet: præmia sic &  
Uerbis in patriis non leviora, feret.  
Ut constet: sacra sua stare brabeja Minerva  
Et docti æternum vivere nomen, ait.

Hoc schediasmate licet occupatiss,  
applausit L. Mq;  
**J OH. FLACHSENIUS**  
Acad. h. Rector.

# In Disputationem Inauguralem

VIRI JUVENIS

*Virtute & literatura Eximij*

DN. GUSTAVI FONTELI

Philosophia Candidati Solertissimi,  
Amici & popularis per dilecti:

FONTELI cernis redeunt mox magna  
laborum

Præmia, quæ meruit maxima sedu-  
litas:

Surgit honor, crescunt laudes titulique  
perennes,

Quæ Musæ juvenes condecorare so-  
lent

Doctos, post patriis dabitur clarescere  
in hortis;

Si pergas curis invigilare piis.

Det Deus omnipotens felici sidere cur-  
sum

Continues, capiens commoda mul-  
ta. vale!

*Animo benevolo sed valde festinus  
accinebat*

JACOB. FLACHSENIUS.

**A**ξιον μέρος επικαλεῖν τὸς νεανίσκως τὰς τὴν  
Φιλοσοφίαν πρεσβέουσιν οἵτις μόνη τῆς  
παιδείας κέφαλαιόν ἔχει. Εἰ δὲ τὰς ωὲς  
τὴν τὴν σώματος ὅπιμέλειαν ὅπιστήματας ωὲς  
πολλῷ πιεῖμεν, πόσῳ μᾶλλον δεῖ τὴν Φιλο-  
σοφίαν πιάσθαι ή τὴς ψυχῆς ἀρρωστημάτων  
καὶ πεθῶν Φάρμακόν ἔχει. Αὖτις γὰρ οὐκέτι Σὺ  
εἶ Κύριε ΦΟΝΤ ΕΛΙΕ ἐγκαριάζεσθαι ὅσις  
τῶν καλύμενων ἐγκυκλίων παιδευμάτων μήτε  
ἀνήκοος μήποτε ἀθέατος εἴναι ἐθέλεσθαι, Διὸ  
ταύτην γὰρ Σὺ σπουδῆν αἱ Μάγσαι παρὸλί-  
ζας ήμέρος Σε σεφάνῳ ἀναδήσῃς. Ἐρρώσσο-

Pereximio Dn. CANDIDATO

Academiae nostrae Vice-Secre-  
tario solertissimo, amico &  
commilitoni honorando, pro  
summis in Philosophia bo-  
noribus eruditè disputanti  
L. Mys. gratulatur

E. FALANDER.

Erudi-

*Peregrinie DN. Candidate FONTELI,  
amicus vetus.*

**L**impida lympha manet stagnans in  
*Fonte* perenni,  
**T**empore nec quoquam, deficit inde  
liquor :  
Dum vel friget hyems, vel fervent cun-  
cta calore,  
*Fons* tamen, absorptis, haud vacuatur,  
aquis.

Hinc quia *Fonteli*, mentem de *Fonte*  
salubri  
Virtutis raræ pansophiæque rigas,  
Non poterunt æstus molestus, non fri-  
gora brumæ,  
Si quid & adversi tristia fata ferant,  
Absorbere tuæ dulcis solamina vitæ,  
Quæ tibi de sacro *Fonte* subinde fluent.  
*Fons* tuus esto Deus, *Mons* firmus & esto  
Jehova!  
Mons tibi sit sedes, *Fons* tibi præstet  
aqua!

*Amico amicissimo contestandæ constantiæ  
amicitiae causa applausit*

*OLAUS LAURÆUS, O. Bottn.*

*Eruditionis & cultura morum Iuveni  
maxime conspicuo*

*Peregrinatio Dn. GUSTAVO FONTELIO,  
cum Iure sanguinis tum mutuae consuetu-  
dinis nexu jam inde a teneris mihi con-  
junctissimo nunc pro laurea philosophica  
Nervose differenti.*

*Phosphore sudorem post Herculeosq; labores  
Nubila post vulnus, erige latificos;  
Nam ut patriam valido, miles qui marie  
tuerur,*

*Immortale sibi comparat inde decus:  
Strenuus Eusebiæ sic & Phæbi stratiotes.*

*FONTELIUS lauro, condiscorandus erit  
Phæbus nam residens, Parnassi in culmine,  
cinctus*

*Thespia dum observat singula facta choro,  
Ac juveni patriæ qui nunc adolevit in usus  
Exultans capiti laurea certa parat  
Ito bonis avibus, quorsum te fata, Deindeque  
Aut Patriæ Proceres, vel tua vota vocant  
Hospes es optatus, quocunque accesseris, artus  
Virtutisque simul te comitantur opes,  
Jam tibi castaliæ lauros netting; corollam.  
Heic Sophia in terris dat tibi plura polua*

*Illustres profectus & novos brevi  
allapsuros honores, hoc li-  
cet gratuletur schediasmate  
adfectu tn. Fraterno.*

*ARVIDUS E. REUTHER.*

**T**Errenam plorant laborare molem,  
Et variari ad horam singulam:  
Nunc aliis est proventus : nunc fæcunda  
Et sterilescunt loca , & rigent horti,  
Quid pars præstantior, cælesti cura  
Solio; Imago Dei splendens  
An retinet ingenium ? prob ambigo;  
Vel sordet vitiis vel torpet graviter  
Ignavia nec latte  
Amat nutritiri Palladis.  
Sunt et si quos virtutis pexer  
Laus anxia, lux gloria.  
At pauci sunt : nec quovis cerebro  
Axioma regnat Patris  
Grandus Romani grande  
Motio : labori genitos, qui monstrat  
Rerum scrutinio, virtutum fallit  
Omneis Mortales  
Ex face Mentiūm haud es,  
Quem gula lucro, quies offe;  
Prælustre Sidus nostri cætus  
FONTELI: fonte Heliconio  
Qui dignum geris nome, dum fluxus maris, & refluxus, scalentes aquas  
Refers ; solertis das ingenii specimen.  
Conatus laudo, decus grator,  
Quod oblectet Matrem,  
Quod exornet gnatum.  
Solatiūm parentis Magnum.  
Fest; & occupatiss. dab; Tuus  
JACOBUS Lund,

